Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift

proficiunt. sed tantum sibi sufficere credunt. uel qua non operantur ma
lum. uel qua reliquerunt corpore mundum. nescientes. qua per exerci
cia sapientie: & meditationem diuinarum scripturarum. & peruiritem
bonorum opum. nouus cotidie crescens & placens deo efficitur homo. Dixit
abba pastor: qua sicut fumo expelluntur apes. ut tollatur dulcedo opum
earum. ita & corporalis requies expellit timorem domini abanima. & aufert
abea omne opus bonum. Dixit iterum ipse: Abhominatio est ipsi omnis cor
porea requies. De eo qd ñ omnib placere debem hominib.

HINC PAULUS AIT. SI ADHUC LXV.
placere uellem hominibus xpi seruus non essem. idest. si iudeis carna
liter inobseruantia. uel praue uiuentibus xpisianis inprauitate
eorum consensissem. Cui sententie contraria est illa. ubi ait. Sine offensione
estote: iudeis & gentibus. & ecclesie dei. sicut & ego per omnia omnibus pla
ceo. Iam cur omnibus placeret. ipse exponendo subiungens ait: Non quero
quod michi iuile est. s; quod multis. ut salui fiant. Qui enim omnium ui
tatem & salutem querebat. omnibus se placere dicebat. Hoc apostoli bo
num monachi tenentes exemplum. non sue tantum utilitati debent esse
contenti. sed magis que conuenunt proximis. Non que sua sunt singuli con
siderantes. sed que al iorum. Qui tantummodo que sua sunt. idest que sibi
soli necessaria sunt considerat. & defiaterna salute. uel de eius tem
porali utilitate non curat. sine dubio acartitatis iamite: inquo omnis
animarum salus consistit declinat. Qui uero de sua. ac proximorum utilitate
atq; salute sollicitus. quicquid ualet utilitatis quasi sibi superioribus fratrib;
impendere satagit. sibimet ipsi per hanc humilitatis obedientiam. uite ce
lestis gaudia ampliora conquirit. Placet ergo paulus hominibus. & non placet.
qua omnibus bene: iuste. & recte uiuentibus. inomnibus suis conuersationibus.
uerbis. & actibus placet. Cunctis autem praue & male uiuentibus contradictor
existens. nec uerbis placet. nec moribus. Sunt enim inhac xpisti latissima &
magnifica ecclesia. que est permundi quadratum clymatum. tensa duo homi
num genera. benuolentium scilicet. atq; maliuolentium. Benuolentibus au
tem inomnibus placet paulus. maliuolentibus uero inomnib; displicet pau
lus. Sicut enim inarea mixta sunt grana cum paleis. ita ut eccle adhuc de
genti interia mixti sunt mali cum bonis. De hac enim bonorum & malorum
mixtura. sic legimus inpauli quam adtimotheum misit epistola. Inmagna
inquit domo. non solum sunt uasa aurea. & argentea. s; & lignea & fictilia. &
quedam quidem inhonorem. quedam autem incontumeliam. Per magnam